



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fvlginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua  
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

**Angela <de Fulginio>**

**Parisiis, 1598**

c. 40. De 4. consolatione & visione sanctissimi Sacramenti, in qua vidit in  
eo esse omnium bonorum adimptionem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43716**

raciter Deus est in anima: ab alio Præsen-  
tiam Dei  
anima si  
delis in  
se facili-  
ter co-  
gnoscit.  
enim fieri non potest, nam &  
omnia mēbra tunc sentiunt dis-  
iunctionē, & etiam sonant mem-  
bra quādo disiungūtur. Et hanc  
disiunctionem magis sentio dum  
eleuatur corpus sacratissimum  
Christi, & specialiter disiungun-  
tur manus, & aperiuntur.

*Quadragesimum capitulum. De quarta  
consolatione & visione sanctissimi  
Sacramenti, in qua vidit in eo esse  
omnium bonorum adimplerionem.*

**C**V M venirem alia vice ad  
communicandum, fuit mi-  
hi facta locutio diuina, & dice-  
batur mihi. Amata! omne bonū  
est in te, & vadis ad omne bonū  
recipiendum. Ego autem incœ-  
pi cogitare. Si omne bonum est  
in te, quare vadis ad recipiendum?  
Et statim facta est responsio di-  
cens. Vnum non repellit aliud.  
Et quando appropinquabam ad  
communicandum, dictum est

mihī ita. Modo est super altare  
filius Dei, & secundum humani-  
tatem, & secundum diuinitatem,  
& est associatus cum multitudine  
Angelorum. Et cum haberem  
magnum desiderium videndi eum  
cum Angelis, sicut mihi dictum  
erat: tunc ostēsus est mihi Deus,  
vt videbam eum, non videbam  
autem eum secundum aliquam  
formam: sed videbam vnam plenitudinem,  
vnam pulchritudinē,  
vbi videbam omne bonū & dictum  
est mihi. O amata ita stabis  
corā eo in vita æterna: quantam  
autē cōsolationem recepit tunc  
anima mea, explicari non potest.

A paruo autem tempore quādo  
communico, hostia extenditur  
in ore, & non habet saporem  
panis, nec carnis istius quam  
comedimus, sed alium saporem,  
quem nescio assimilare alicui rei  
de mundo: & non est dura hostia  
sicut prius, nec descēdit per  
frustrula sicut cōsuevit: sed integrè  
cum tanta suauitate, quod nisi

effet vt audiui, quia citò debet homo glutire; libentissime tene-rem eam in ore cum magna mo-  
ra, & sic descendit integrè cum illo sapore carnis incognito, nec oportet postea modo aliquo bi-  
bere: nisi esset consuetum, vt me-  
lius assumatur. Quando autem descendit, dat mihi vnum senti-  
mentum magnum placabile, dif-  
cernitur autem extra in corpo-  
re: ita quod facit me tremere ve-  
hementissimè; ita quod cum ma-  
gno labore possum recipere ca-  
licem. Nunc autem quando fa-  
cio mihi signum crucis, & pono  
manum in capite, quando dico  
In nomine Patris, nihil noui sen-  
tio: quando vero pono manum  
super cor, dicendo & filij: statim  
sentio ibi vnum amorem, vnam  
consolationem, quod videtur  
mihi, quod ipsum ibi inueniam.  
Hoc autem non dixissem: nec  
scribi fecissem sicut nec alia, nisi  
fuissem monita.

*Nota.*